

## Alte Drucke

**ENCHIRIDION || CHRISTIANAE INSTITV-||tionis in Concilio  
prouinciali Colo-||niensi editum, opus omnibus ve-||ræ  
pietatis cultoribus lon-||ge ...**

**Gropper, Johann**

**Parisiis, 1550**

**DE IVSTIFICATIONE HOMINIS.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150244**

ipsoſ veteres, ſatiſfactionē illam publicā, paſſim ac ferē tan-  
tum, pœnitentiam; & pœnitētes, tantum qui publicē pœnitē-  
rēt, appellari ſolitos: quod in veterū lectione retinendū eſt.

**I**am ad pœnitētiaſ species veniendum. In primis itaq; pœ-  
nitēta in interiore & exteriorē diuiditur. Interior eſt  
propriē in cōtritione ſita ſit, tamen docendi cauſa qui haud  
ineptē dixerit, can dē etiam tribus illis partibus ſuo modo cō-  
ſtarē nēpe contritione, nimiriū veris illis internis doloribus,  
confiſſione, vtiq; nō externa ſed interna illa agnitione pec-  
cati, quæ magna fiducia accipienda misericordiæ erga Deū  
peragitur: ſatiſfactione vero, nimiriū syncero illo voto de-  
inceps non peccandi, ſed vitam in melius commutandi. In  
hac interiori pœnitētia, ſi tamen idonea fuerit, iuſtificatio-  
nem hominis fieri, & per fidem à Deo accipi conſtat.

*Interior  
pœnitētia  
ſuo modo  
tribus par-  
tibus con-  
ſtat.*

## DE IVSTIFICATIONE

H O M I N I S .

**V**Q V A N Q V A M ſupra ex penitiflmiſis, vt ſpe-  
ramus, fundamētis docuerimus, quo ordine ad  
iuſtificationem perueniat, quomodo per Deū  
in nobis ſiat, quo pacto per fidem (non tamē ſi  
ne ſpe & charitate) accipiatur, & cui tribuenda  
fit: nihilominus, quia hæc materia hac tempeſtate maiori cō-  
tentioſis quam pietatis ſtudio controuertitur, idcirco an-  
nitemur ipſiſimam veritatem ex lippidiflmiſis ſcripturę fon-  
tibus altius eruere, & ecclesiæ ſententiam, quod in nobis eſt  
illuſtriorem reddere. Arbitramur autem ecclesiæ ſententiam  
in hac tanta re eam ſolam eſſe cui apostolicarum ſcripturarū  
patrocinatur authoritas, cui patres ſubſcribunt, quam vniuerſa  
ecclesia cuiuſlibet téporis comprobat, & quam omnes pij  
non tantum aſſerunt, ſed & mente ſentient, ac experiuntur  
ipſam veritatem eſſe.

**V**T autē ad rem ipſam accedamus, Iuſtificatio duo pro-  
priē complectitur, nempe remiſſionem peccatorum, & cō-  
terioris mentis renouationem ſeu repurgationē. Nec re-  
pugnat, ut quis addat & tertium, nempe donationē vita  
eternae, modō intelligas, eam in nobis per iuſtificationem &  
gratiam Dei in hac vita magis inchoari, & ſpe accipi, q; per-  
fecte dari, expectandam tandem post mortem téporalem, cū  
Deus gloriam ſuam quam promiſit, in nobis reuelabit. Qui

*Ecclesiæ  
ſententia  
que exiſti-  
tio manda ſit.  
Iren.li.4.  
contra hæ.*

re.cap.63

cō.45.

Iuſtifica-

tio duo cō-

pletūtur.

R. iiiij

## D E I V S T I F I C A T I O N E

**V**erbū iū dicunt, verbū iustificari, apud Hebræos verbum esse forense, stificari & usurpari apud Paulum Hebraica consuetudine, pro eo tan quid pro tum quod est acceptum reputari, & non magis significare, imprie apud pium seu iniustum gratuito Dei munere nō solum à peccatis Paulum si absolui, sed & intus regenerari, renouari, repurgari, pium quō gnificet.

& iustum effici, perinde atq; métis seu voluntatis innovatio ad iustificationis rationem propriè non pertineat, sed eandē

**Q**uorūdā potius subsequatur: ij nobis neque Pauli sententiā satis asse sententiā ex cuti, neque patribus cōsentire videntur: vt interim fileamus cutitur.

rationem vocabuli, modò tamen propriè accipias, aliud potūlare. Quid enim est aliud, iustificari, quām iustum effici, seu de spiritu iustitia indui ac adornari: & quid iustificati aliud, quām iusti & litera facti? Quād autē existimat illi, Iustificari Paulo nihil aliud

Iustificari esse, quām iustum pronuntiari seu haberri, ac si quis dicat, po plus apud pulū Rōman⁹ iustificauit Scipionē accusatū à Tribunis ple

Paulum si bis, hoc est iustum pronuntiauit, absoluīt, approbauerit, id nobis gnificat, neqdū satis probatur. Quin alia ratione populus Rōmanus quām iu iustificauit Scipionem, alia Deus iustificat peccatorem, etiā stum pro quod ad ratione vocabuli attinet. Populus enī Rōmanus iu nuntiari. Iustificauit Scipionē, quād Scipionē quasi per calumniam accu-

Alia ratio satum ac veluti innocentē absoluīt, iustum pronuntiauerit, ne absol atque acta eius non tantū nō resciderit, sed & approbauerit. uuntur rei In quem modum, quotquot in foro per sententiā absoluūtur, iustificantur. Nam cum rei neque conuicti neque cōfessi- dicali, ali si sunt, vel per calumniam accusati comperiuntur: tum pronun- ter in foro tiant iudices, accusationem iniustum fuisse, proindeque reos Dei.

absoluēndo fore. At Deus remittens peccata, lōgē fecus no Rom. 2. 3. bism agit: nō enim pronuntiat nos innocentes, nec ipsam legē accusantem nos, calumniae arguit, nec acta nostra approbat, sed omnia contraria agit. In primis enim per legem nos de peccato conuincit: conuictos, ad peccati confessionē adi- Ephe. 2. git: confessos, peccatores pronuntiat, & vt tales dānat, quan- Coloff. 2. uis postea conuictos, confessos, ac damnatos ad misericordia Peccator suam in Christo exhibitam per fidem prouocantes ac recurren- reconcilia- tes, contra sententiam quam passi sumus, gratuita clemē- tus ad in- tia restituat, vt peccator reconciliatus, magis sit conferēdus star habet ad sententiam passum & restitutum, quām ad absolutum in sententiā foro: quād absolutio qua peccator à delictis absoluīt, nihil passi & re simile habeat cum absolutione foreni. Iustificatio itaque, no fluit: stra sententia, non in sola condonatione seu remissione pec- catorum

catorum cōsistit, sed & iustitiam complectitur, qua Deus remissis peccatis, in super etiam ex malis bonos, hoc est ex impiis pios, & ex male volentibus bene volentes facit, idq; per donationem spiritus sancti, mentem & voluntatem nostram transmutantis, renouatis, ac reformantis. Nam quis iustifica tum dixerit eum, cui tantum sunt remissa peccata, non autē voluntas etiam commutata, nempe ex mala facta bona quē admodum nemo seruum nequam, ob id tantum, quod ei indulgens Dominus noxam clementer remiserit, iustificatum dixerit, nisi is bonam quoque voluntatem (qua post hac seruus non inutilis, sed frugi esse cōtendat) ceperit. Quo fit, ut nō satis nobis probetur, quod illi qui diuersum sentiunt, docent iustitiam Dei imputatiuam, à iustitia bonae conscientię discernendum esse: quū, nostra sententia, eadem omnino fit iustitia, qua Deus per spiritum sanctum, cum iustificamur, v-

*Iustitia  
spiritus.*

*Nemo in  
stificatur,  
nisi per in  
nouationē  
volūtatis.*

*Rom. 5,*

trunque, nempe remissionem peccatorum & mentis renouationem, per fidem operatur, non alia atque alia.  
**N**obis ergo videtur, iustitiam Dei imputatiuam à iustitia bonae conscientię, que ex fide est, nō esse discernēdam. Verū secundum omniū veterum sententiam, potius discernendam esse dicimus iustitiam Dei à iustitia humana, iustitiam fidei à iustitia legis, iustitiam bonae conscientię à iustitia carnis seu externa. Nouum testamentum à Veteri, Euā gelium à lege, legem fidei à lege operum seu factorum, legē *Quid dif-  
litera* à lege spiritus vitę, legem seruitutis à lege libertatis, ferat Euā denique opera fidei ab operibus legis. Tota res in eo consi- gelū à le stit, si intelligamus quid differant Euangeliū à lege, Nouū ge. testamentum à veteri. A iunt quidam, duas omnino esse scri- *Quorūdā* ptura partes, legem & promissionem reconciliacionis: Legem sententia esse doctrinam requirētēt à nobis perfectā obedientiā er- de scripta ga Deum, sed promissionem reconciliationis, que pollicetur re partī remissionem peccatorum gratis propter Christum (etsi obe- bus. dientia non præstet) eam propriè ac recte Euangeliū dici: vocari quoq; legē vbicūq; præcepta legūtur: vel in libris Veteris testamenti, vel Noui. Itidem Euangeliū vocari, vbicūq; Euāgeliū vel in libris Veteris testamenti vel Noui hēc promissio repe in exhibi- ritur. Vt autem isti non improbanda dicant, nobis tamē ma- tione iusti gis placet veterum patrum, & sententiam & ipsa propemodū tia spir- verba sequi, præferrim quod existimemus Euangeliū seu No talis cons- sum testamentum non omnino in promissione, sed magis in fit.

## DE IUSTIFICATIONE.

exhibitione, non solum remissionis peccatorum, sed & iustitiae spiritalis (qua Deus iustificat credentes) consistere.

*Aug. de spiritu & litera.* **B**eatus Augustinus quum alibi sepe, tum in libro de spiritu & litera ad Marcellinum, Vetus testamentum à Nova litera. sic discernit: Vetus, inquit, testamentum est doctrina preceptorum seu mandatorum, in qua foris docemur, quid Deus à stamentū nobis requirat. Lex enim foris extra hominem in tabulis a-Exod. 24 pideis scripta, per Moysen populo Israëlitico data est: quā si 32. & 34 per se solam consideres, docet quidem quae facere, quae omittendere oporteat, & condemnat hos, qui non sunt tales quales Galat. 3. ipsa vult, sed virtutem faciendi vel omittendi ea quae praecepit, minime subministrat. Quinimo quotquot in eam tantū Deut. 6. intuetur, accusat & cōdemnat. Verbi gratia: Lex foris scripta Deut. 27 iubet nos diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, ex to Galat. 4. ta mēte, ex tota virtute, & simul pronunciat maledictum esse omnem hominem qui non permanet in omnibus quae scripta sunt in lege. Nam quis tādem est hominum, qui non videt se hac lege accusari & damnari, quod nemo ausit dicere se huic mandato fecisse satis? Vnde consequens est, omnes quotquot in hanc legem & suas vires tantum respiciunt, sentire oportet, se sub maledicto legis esse, & Dei benedictionē (quod ad Exod. 20 se attinet) indignos. Itidem lex dicit, Nō cōcupiscas, sed da Deut. 5. quaeſo, hominem sola doctrina seu notitia legis adiutum, qui Roma. 7. hanc legem impletat. Atque adeo nulla prouersus lex est, quam homo suis tātū viribus perfidere possit. Requirit enim lex internam obedientiam; vult non timore pœnae, sed amore in Aug. de stitio impleri. Iā vt plures repertas, qui manus quidem à crisi spiritu & mine contineant, nullos tamen dederis, qui non malè pecūnias. care, si possint peccatum impune committere, saltē ante Gene. 6. quam spiritu Dei intus renouentur. Nec mirum: nam quum Aug. de hominis voluntas ab ipsa natuitate ad malum prona atque spiritu & depravata, & corrupta sit, quī fieri potest ut ad legem suauiter. c. 18. ter afficiatur, nisi prius sanetur: Vides ergo Vetus testamentum esse externā illam, Dei mādatorum ac operū (quae Deus à stamentū requirit) doctrinam, extra hominem scriptā, quae foris quia Roma. 4. dē ministratur, sed intus ex se sola, quoad spiritus Dei inno Lex iram uatio accesserit, nō iustitiam, sed magis iram operatur, id est operativus. terret, accusat, & damnat conscientia nostram: nec tollit, sed auget peccatum: quia vt sit magis perspicuum, & vt planè apparent, facit: imò prohibendo hominem carnalem, ad peccatum

dum

dum iritatiōē facit, suopte ingenio in vetitū nūtentem. Pro- 2. Cor. 3.  
 pterea & ministratio mortis, & ministratio damnationis ap-  
 pellata, non quōd legis intentio aut finis sit, operari mortē  
 & cetera quæ diximus (est enim lex sancta & mādatum san- Roma. 7.  
 ctum, iustum & bonum) sed tantum per occasionem. Lex e- Leuit. 18.  
 nim veram iustitiam proponit, & hoc propriè tendit, ut eam Roma. 10.  
 facientes, in ea viuāt, sed quia nemo illam facit, nec ipsa vir-  
 tute faciendi tribuere potest, vt scilicet īpleatur: idcirco Philip. 3.  
 dicitur ministrare & afferre mortem, nō suo, sed natura no-  
 stra vitio, quæ per legem cognoscens peccatū, & non inue- Vetus testa-  
 nies in lege, hoc est in sola legis doctrina, remediu quo pec- menti ve-  
 catum aboleat, & abolito peccato, peccare desinat, & ad bo- ria nostra.  
 num afficiatur, idcirco peccato occiditur. Et quoniam sic se Litera.  
 habet ratio Testamēti seu legis veteris modò per se sumat, Lex seruē  
 facile est intelligere cur dicatur lex literę, lex operū seu fa- tutis seu ti-  
 storū, lex seruitutis, & quor opera legis dicuntur iustitia car- moris.  
 nis. Nam litera significat doctrinā, quæ non viuit in corde, Lex ope-  
 & quæ nihil aliud est (nisi tamē spiritus accedat) quam lite- rum seu  
 ra mortua. Itē, lex seruitutis seu timoris dicitur, quōd timo- factoriū.  
 repente, non amore iustitiae (quam tamen lex requirit) à pec Iustifican-  
 cando coēreat. Et lex operū seu factorū appellatur, quia tes seipso  
 facta & opera requirit, quorum tamen faciendorū non pre-  
 stat virtutē. Et qui suis virtib⁹ legi satisfacere se simulāt aut Roma. 10.  
 gloriantur, hi dicuntur se ex lege operum aut factorū iusti- Iustitia  
 ficare, & sibi propriā iustitiam cōstituere velle: quæ tamen carnis  
 nemīne iustificare, nec opera reuera bona producere potest. Caro quid  
 Deniq; iustitia carnis dicitur, quia spiritu cor innouante ac Gene. 6.  
 viuiscāte caret. Caro enim in scripturis veterem hominem Ioan. 3.  
 significat, nōdum spiritu Dei renouatum, quemadmodū Io- Vetus te-  
 annis tertio dicitur: Quod natum est ex carne, caro est. Po- stamentum  
 stremo, hæc lex propterea Vetus testamentum dicitur, quia quer.  
 veteris hominis noxa per literā iubentem & minantem non  
 sanatur, quemadmodū Apostolus dixit: Nō in vetustate li- Nouū te-  
 tera, sed in nouitate spiritus. Stamentum

Contrario, Nouū testamentum duo complectitur. Pri duo cōples  
 Emo, promissionem gratitiae remissionis peccatorū per ētitur.  
 Chriſtū. Secundo, interiōrem hominis renouationem, quæ 2. Cor. 3.  
 est lex, non extrinsecus in tabulis lapideis seu chartis papy- Aug. de  
 raceis, sed diuinitus scripta in cordib⁹ per spiritum sanctū, spiritu et  
 qui digitus Dei appellatur, atque adeō propē nihil aliud lit. cap. 21

## DE IVSTIFICATIONE.

**E**uāgeliū nouum te est, quām ipsa præsentia spiritus sancti. Dicitur autē **L**et.  
**S**tamenū gelium Nouum testamentum, quia per doctrinā euāgeliū dicitur. **C**am hāc promissio remissionis peccatorū, & renouationis  
**V**ide **A**m interioris hominis per Christum credentibus annunciatur  
**b**r. ī epist. vnde non ab re Paulus Euāgeliū appellat virtutem & u  
**a**d **R**o. c. 1 stitiam Dei, ad salutem omni credenti, hoc est salutē omni  
**R**oma. 1. credenti afferentem. Hāc est iustitia quā in Testamento re  
**A**ug. de teri velata, in nouo reuelatur: que ideo iustitia Dei dicitur  
**S**piritu & quōd Deus eam impertiendo iustos facit, quemadmodū fa  
**l**it. cap. 11 lus Domini appellatur, qua nos saluos facit: & charitas Dei  
**I**ustitia nō qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos. E  
**D**eī. go Testamentum vetus non distat eo ipso à testamento no  
**I**bid. c. 32 uo, quōd testamentum vetus à Mose & prophetis, nouū ve  
**S**alus Do ro ab Euāgelistis & Apostolis scriptū acceperimus. Nā &  
**m**ini. in libris veteris testamenti testamentum nouū, licet olim ve  
**C**haritas latum, nūc vero per Christum reuelatum, cōtinetur. Nec es  
**D**eī. differt, quōd aliud iubeat lex vetus, aliud postulet lex noua  
**Q**uo di  
scernatur nam idē omnino iubent. Nec eo ipso quōd lex iubeat & mi  
**t**estamen netur, Euāgeliū vero tantum promittat gratuitam remi  
**s**tionem peccatorum per Christum etiā indignis, & legi nou  
**t**ū vetus à satisfaciētibus: sed propriè eo differunt, quōd vetus testamē  
**n**ouo. tum sit doctrina extra hominem scripta, quæ in firmitate no  
**R**oma. 1. stram nobistantum ostendit, non etiam tollit, atque eo ipso  
**D**espiritu indicat nobis necessariū esse, vt ad gratiam redemptoris per  
**&** litera. fidem configiamus: nouum vero testamentū sit doctrina no  
**c**ap. 13. foris scripta vel pronūtiata, sed potius interna, & viua, que  
**I**bid. ca. 9 per spiritum sanctum scribitur in cordibus nostris, quaille  
**L**ex est in menti nostrae persuadet, non tantū nos accipere remissionē  
**d**ex seu ve peccatorum per Christum per fidē, sed simul etiam metem  
**b**iculum, & voluntatem nostram viuiscat & immutat de malā bonā  
**q**uo ad faciendo, vt iā nō timore vel respectu legis, sed magis amo  
**C**hristum re iustitie per spiritum sanctum indito, quod bonum est fa  
**p**erducē  
**c**iat, factura etiā post hac, et si nulla lex externa iuberet, que  
**m**ur. propriè iustitia fidei appellatur. Tum quōd remissio pecca  
**N**ouū te torum proper Christum, & renouatio spiritus sancti nō ali  
**s**tamenē est ter accipiāntur, quām per fidem in Christū, cuius spiritu &  
**l**ex vna peccatis absoluimur, & spiritu mentis nostrę renouamur, vt  
**h**ominem iam Dei voluntate adiutorē spiritu facere incipiāmus. Tum  
**i**mmutāc. quia credimus quicquid boni affectus & operis in nobis sen  
**I**ustitia si timus, id nō ex nobis, sed ex Dei beneficio propter Christū  
**d**ei cur sic dicta.

in nos

in nos profectum esse, vnde Deo ea pietate (qua solus colendus est) gratias agamus. Hoc autem veteris & noui testamenti discrimen non sunt patres primum commenti, sed euidentissime id Hieremias propheta c. 31. ostendit. Ecce, inquit, dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israël Testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum, in die qua apprehendam manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti, quia ipsi non perseveraverunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus: Quia hoc testamentum est, quod ordinabo domui Israël, post illos dies, dicit Dominus, dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorum scribam eas, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit uniusquisque ciuem suum, & uniusquisque fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum, quia omnes cognoscent me à minore usque ad maiorem eorum, quia propitius ero iniurati eorum, & peccata eorum non memorabor ultra. Quid apertius dicere potuit propheta ad discernendum testamentum nouum à veteri? Vetus appellat non ex tempore, sed maius ex effectu: nempe quod est voluntatem Dei ostenderit, non tamē vi sua veteris hominis noxam abstulerit, nec hō ex temporis ad legis impletionem idoneū fecerit, aut innouauerit. Porro vetus Hoc est enim quod dixit propheta: Quia ipsi non perseveraverunt in Testamento meo, non enim simul cum lege, hoc Hebr. 8. est virtute legis, bonam quoque voluntatem (qua sola lex fit) Virtute accepserunt. Et idcirco, inquit, consummabo super dominum Israël testamentum nouum, testamentum virtue consummatur, non lex impletatur, quod promissione & exhibitione per novitatem initiationis & remissionis peccatorum, neconon via doctrina, seu (vt Apostolus ait) doctrina spiritus, per Spiritum sanctum, 1. Corin. 2. etum intus in corde scripta, ac mentem & voluntatem illuminante, immutante ac vivificante constare dicit. Vide verò quām pulchrè Paulus (hac prophetiam intuens atque explicans) hoc ipsum doceat 2. Corinth. 3. vbi sic ait: Manifestatio phete per quoniām epistola eius Christi, ministrata nobis, & scripta Pauli ex non atramento, sed spiritu Dei vivit, non in tabulis lapideis, plicatur. sed in tabulis cordis carnalibus. Et ut doceat hoc in nobis agi 2. Cor. 3. non viribus nostris, aut propter nostram dignitatem, sed merito Dei beneficio remittentis nobis peccata per Christum, ac bonam insuper voluntatem ingenerantis per fidem, subiungit: Fiduciam autem talēm habemus per Christum ad Deum, Ibidem.

## DE IUSTIFICATIONE.

non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi erat nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nosfecit ministros noui testameti, non litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spiritus autem vivificat. Quum itaque queritur, quid dicitur Euangelium, non aliud respondendum est quam quod sit proprietas Euangeliū non illa scriptura mortua, quam nobis apostoli memoria causa reliquerunt: (nam & eadem si literā tantum speches, mortuus est) sed sit viua illa doctrina quaē menti nostrae reconciliacionem propter Christū, hoc est pacem erga Deum, insuper bonam voluntatem ex Dei beneficio annunciat, nuntium sane longè optimum ac latissimum. In hunc modum angeli nativitatem dominicā pastoribus annunciantes, Euāgeliū descripsérunt: Gloria (inquit) in excelsis Deo, & in terris pavidis hominibus bona voluntatis, seu ut Graeca exemplaria habent, in hominibus bona voluntas. In primis gloriam vni Deo tribuunt, idque in altissimis, quod illi soli gloria debeatur, cuius Theoph. solius beneficio natus est nobis Salvator mundi. Deinde annunciant hominibus pacem: Nunc, inquit, pax in terra facta est, quia humana natura reconciliata est Deo per Christum, in quo gratis remittuntur peccata. Et in hominibus bona voluntas, hoc est in hominibus facta est Dei beneficio bonus affectus, quem prius in hominibus non habuit. Et ut Theophylactus ait, Refocillatus est Deus nunc & bene habitus in hominibus, nimirū quod per Christum reconciliati & voluntate conglutinati sumus Deo, & vnit illi verbo incarnato.

**Euāgeliū** **habet va-** **eria noīa.** **Lex seu in-** **spiritu fidei** **Lex fidei,** **lex libe-** **tatis, iustitia Dei, seu iustitia spiritus.** Nam ideo lex seu iustitia spiritus dicitur, quia hæc efficaciter spiritus gignit in nobis. **Lex fidei,** quia hæc reconciliatio & renouatio fidei in Christū accipiuntur, non autem debentur aut tribuantur operibus nostris externis, quæ legis appellatur: Lex libertatis, quia non Lex fidei. solum docet nos intus quid faciamus, sed etiā voluntatem in Roman. 3 nouando liberat, ut iam non tanquam serua legis ex timore, Lex liber tatis. sed suapte sponte ac liberè bonū operetur. In quam sententiam dixit Apostolus: Non enim accepistis spiritū seruitutem, 2. Cor. 3. iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū Roma. 8. Dei. Item, Dominus spiritus est: ubi autem spiritus, ibi libertas. 2. Cor. 3. Et alibi ait, Nos vocatos in libertatem, non ut libertatem Galat. 5. in occasione carni demus, sed ut per charitatem inuicem serviamus,

uiamus. Qui dicunt legem fidei nihil aliud significare, quam fidem, ac meram fiduciā misericordiae propter Christum, nō etiam hāc internam innouationem, quae propriè est lex scripta in cordibus, & lex spiritus vita, viderint quomodo ipsi suam sententiam tucantur. Ex prædictis etiā cōsequitur, non oportere nos fidem seu iustitiam fidei ab operibus fidei discernere, sed tantum ab operibus legis, quae fiunt in non renouatis sine spirito. Nam quid tandem est aliud iustitia fidei, quam ipsissima illa & intus in mente viventia fidei opera nemppe fidere de Dei misericordia per Christū, remissionē peccatorū propter Christū per fidē apprehendere, accipere ac velle: itē Deo voluntatē nostram immutandi assentiri, audire, quid in nobis loquatur dominus Deus, hoc est ab operibus nostris cessare, & Dei dñebus summo conatu obsequi, & quicquid Deus in nobis facit, Deo tribuere. Quae quidem opera quū spiritus intus in nobis operatur, postea etiam prodeunt in exterritum opus, quod iustitiae fidei interna testimonium est.

**H**is præmissis, de iustificatione sic simplicissimè ac plenius dicimus: Euangeliū initio vtitur ministerio legis, Christus præcursor Ioāne, arguit enim peccata, terrefacit cōscientiam, ad penitentiam adigit, docet nos de infirmitate nostra, indicat nobis opus esse propitiatore Christo, propter quem datur nobis remissio peccatorum. Postea ministerio legis velut interquiescēte, accedit fiducia, quam mens cōtrita & humiliata capit ex promissione Euangeliij, & quæ se erigit credens sibi remitti peccata gratis propter Christum: quod quum sit, simul donatur spiritus sanctus, per quem difunditur caritas Dei in cordibus nostris, qua renouatur voluntas & libera efficitur à legis seruitute: ac ita demum iustificatur homo, & inchoat vitam nouam atque adē aeternam, idque per fidem in Christum, qua tanquā instrumento remissio peccatorum & renouatio interioris hominis & vita accipiuntur, habentur ac retinentur. Hæc doctrina est planè apostoli, qui & patres & tota ecclesia semper est amplexa: Coniungimus autem in iustificatione hæc duo nempe remissio- nes peccatorum, & renouationem interiorum voluntatis, au- thoritate scriptura freti, quæ hec duo semper copulat. Non nisi enim ut iustificeris, tatum exuēdus est vetus homo, sed & in- duendus nouus, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Non tantum vetus Adam eiiciendus est, Rō. 7. 8.

Lex fidei  
quid.

Roms. 8.

Lex fidei  
ab operi-  
bus fidei  
nō est di-  
scernēda.

Amb. in  
epi. ad Rō  
mac. 1. et  
c. 3. utro  
bi; i. ver.  
bū iustitia

C. C.

Psal. 84.

Matth. 7.  
Sætentia  
catholica  
de iustifi-  
catione.

Matth. 3.

Ioan. 1.

Act. 10.

Fiducia.

Acto. 2.

Roma. 5.

Rō. 6. 7. 8.

Rō. 6. 3.

Fides in-

stolica.

strumen-

tum iusti-

ficatione.

Ephe. 4.

Roma. 6.

Rō. 7. 8.

## DE IUSTIFICATIONE.

sed Christus etiam comple& edus. Non tantum peccato mōriendum est, sed noua etiam vita concipienda. Nō tantum liberiari nos oportet à peccato, sed etiam seruos fieri iustitiae

**Roma. 6.** Deo. Nō tantū oportet nos cōmori Christo, hoc est defungi peccatis, sed etiam in Christo resurgere. Nec dubium, Paulū & ceteros apostolos, vt ostenderent, in quibus iustificatio hominis sita esset, remissionem peccatorū ad mortem: interiorē autem renouationem, quæ fit per infusionem charitatis, atque adeò ipsam iustificationem, ad resurrectionem Christi

**Rom. 1.4** retulisse: Iesus Christus, inquit traditus est propter delicta 1. Cor. 15 nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Mysteriū 1. Petr. 1. rō enim dominica mortis, vite nostrę veteris occafus, & ini. Act. 13. quitatis abolitio: Resurrectionis vero, exortus vita noua & Mysteriū iustitiae renouatio, demonstrata sunt. Vtraque autē per fidem dominice in Christum accipiuntur: nam ea nos Christo copulat ac cōmortis. iungit, nosq; coniunctos spiritus ille fidei, meritorum & bonorum Christi participes facit, vt quod nobis adhuc deesse ferimus, à Christo per fidem mutuemus, vt dicere simus possim

**Galat. 6.** mus: Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Et: Mihi vi. Philip. 1. uere Christus est. In quam sententiam apud eundem Aposto 2. Cor. 4. lum dictum est, Christum habitare in cordibus nostris per fidem Galat. 2. dem. Et alibi: Christum nobis factum esse sapientiā à Deo, & 1. Cor. 1. iustitiam & sanctificationem & redemptionem, quod Chri- 1. Cor. 6. stus hēc omnia nobis per fidem fiat. Nam quum spiritus no- ster spiritui Christi per fidem adheret, fit unus spiritus cum eo: & quicquid est in Christo, nobis in Christum creditibus secundum fidem nostra rationem & modum communicatur.

**Roma. 8.** Qui enim proprium filium dedit, quomodo non omnia simus? 2. Cor. 4. cum illo donavit? Hic est thesaurus ille quem habemus in va- &c; 5. sis factilibus, vt sit eminentia virtutis Dei, & nō ex nobis: hoc Roma. 8. est indumentum illud iustitiae, quo nolumus expoliari, sed 2. Cor. 5. superuestiri, vt absorbeatur, quod mortale est, à vita: hoc Galat. 4. est pignus illud spiritus, quod nobis dedit Deus qui nos in 2. Cor. 5. hoc ipsum efficit, & Christū (qui nō nouerat peccatum) pro Galat. 3. nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Joan. 3. Denique hēc est illa regeneratio, renascētia & renouatio nostra, sine qua nemo potest videre regnum Dei.

**Patrū con-** **N** E vero scripturā, ubique duo hēc (nempe remissionem  
**sensus.** peccatorum, & renouationem mentis) in iustificatione  
sensus. hominis copulantem, alio detorqueas, concors patrum sensus prohi-

prohibet: qui testantur, tunc demū nos liberari gratia per legem fidei, quæ est in Christo Iesu, quū diffunditur charitas in cordibus nostris per spiritū sanctum qui datus est nobis: *Augu.de spiritu & iust.c.5.14.*  
 tunc viuificari, quum ex illo fonte vita (cuius solius haustu iustitia bibitur) bonam vitam (nimis bene agendi voluntatem) haurimus: tunc illuminari, quum ab illo incommutabili lumine anima nostra rationalis quodammodo accenditur, ut sit etiam ipsa factum creatumque lumen, quemadmodum Joannes erat lucerna ardens & lucens participatione eius lumenis, de cuius plenitudine (vt idē ipse dixit) nos omnes accepimus: tum iustificari, quū spiritus sanctus operatur in nobis, ut nō peccare delectet, sed magis ut condelectemur legi Dei secundum interiorem hominem, quum scilicet non tantum preceptum iustitiae forinsecus infonat sensibus nostris, sed etiam intrinsecus incrementū dat Deus per charitatis dilargitionem: quum facit, ut iustitiam legis, non propterea quod lex iubeat, sed magis voluntariè ac intimo affectu amplecti adnitamus: quum imago Dei terrenorū affectuum labi detrita, in mete credentium digito Dei (hoc est spiritu sancto) reformatur & adonatur. Denique, quum facit Deus, ut non tātum credamus, sed & velimus. Claret admodum diuus Bernardus dixit, præsumptam indulgentiam delictorum parere animi tranquillitatē ac letitiam (hoc est iustificationem) in animo eius, qui sibi ad iustitiam poenitētiæ opera seminaruit, si tamen ipsam præsumptam indulgentiam efficacia attestetur accepte gratie ad sanctiū deinde viuēdum, quod omnis qui hæc intra se actitari sentit, sciat quid loquatur spiritus, cuius vox atque operatio nunquam inter se dissentiūt. Sed quid attinet sentētiā patrum pluribus recēscere: quum Apostolus Ioānes planè restatur, charitatem Dei (hoc est, quam Deus impartiuit) tam spētare ad iustificationem, ut hanc nō affectuū seu habentem, in morte manere dicat? In quam sententiam, non dubium est, dixisse Apostolum Iacobum, fidem sine operibus, hoc est sine affectu charitatis, qui paratus sit semper in opus, quum res postulet, prodire, mortuam esse.

**S**ed dices nobis, Non assentior tibi. Ex Euangelio enim in Obiectio. legem relaberis, facisque nos perpetuo dubitantes ac ambigentes, an remissionem simus asequunti, an reconciliari, an iustificati: breuiter, an filij dei, hoc est an in gratia Dei simus. Nam si interior innovatio, & bona voluntatis instio, ad iu-

1. *Ioan.3.**Iacobi.2.*

## DE IUSTIFICATIONE.

Iustificationem necessaria est, quis vñquā statuet se reconciliatum esse? Quē enim repertes, qui ausit credere nouitatem mentis suę, qua iam affectus est ad implendam legem, tātam esse, vt digna sit iustificatione? hoc est quis ausit iudicare se iā domino spiritus hoc assequutū, vt velit ac possit Deū ex toto corde & tota anima diligere? Atque hinc forsitan colliges, nos secundum eā rationem nūquam pacem habituros erga Deum, quōd lex (vt appareat) qui intu ad hanc nouitatem, attinet, nos adhuc accusare non desinat. Et proinde non oportere hāc no uitatem ad iustificationē referri, sed tātam gratuitam remissionem peccatorū, quæ accipitur per fidē, vt promissio sit certa quæ si penderet ex cōditione nostræ nouitatis, redderetur incerta: vnde tandem consequeretur nos in hac dubitatione, neque Deum (de cuius m' sericordia adhuc ambigeremus) vi partem inuocare posse, secundū id quod Paulus ait. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt: neque quicquā boni posse operari, quōd quicquid non est ex fide, peccatum sit.

Roma. 10. Ad hāc respondemus, nos nequaquā in legem relabi, sed docere quomodo mens nostra à seruitute legis, nō suis viribus,

Dilutio. sed Dei beneficio, per interiorē innovationē liberetur: quod

Iustifica- abūndē declaratu est prius. Deinde dicimus, nos omnino non tionem nō docere iustificationem nobis contingere propter hanc noui- assequi- tatem, maxime quod ad eām partē attinet, quam ea mētis no- mītr pro- stre nouitas ex nobis mutuatur, hoc est catenū, quatenus, apud nos illi rēnouationi assentimur: Quis enim satis Deo innovatiā sentimur ac obsequitur, vt non magis propter dignitatem hu- stram nouitatis, quām propter dignitatē nostra p̄cōnitentiā aut pter no- contritionis (de qua arroganter sentire non oportet) iustifi- fstram nouitatem, sed cari nos statuere debeamus, non in fletibus, non in actibus no- operatur ftris, sed in aduocati nostri deſensione, quæ apud patrem pro nobis interpellentem habemus, confidentes. Quis nec ipſiſi- in nobis hec est in dei eam dignitatē tribuimus, vt meritoria sit remissionis pec- stificatio- catorum, quam nulla merita p̄cedunt. Et quem, quæſo, da- nos tra. bis hominem, qui tātam se habere fidem ausit gloriari, quan- Greg. in tam ſibi haberi requirit Deus? Detrahimus itaque & fidei & Ezecl. li. 1. huic nouitati (quod ad eām partē quā ex nobis ſibi ascendent, attinet) eam dignitatē ſeu causam iustificationis, quin potius ob id tantum dicimus fidem iustificare, non quōd sit cau- Cur fides dicatur iu fa iustificationis, ſed quōd nulla alia re misericordiam & gra- fificare. tiam Dei nos innouantem, quæ propriè cauſa formalis iusti- ficationis

ficationis est, accipiamus. Verum hoc docemus, nempe iustificationem non ex lege pendere, sed esse gratuitum donum Dei, quod consistit in remissione peccatorum & renouatione voluntatis, quae non aliter a Deo gratis donante accipiuntur, quam per fidem in Christum, fidem quidem, non dubitantem aut ambigetem, sed nihil haesitantem. Ut clarissime quid velimus, & quo pacto haec res in nobis geratur, intelligas, repetimus ac dicimus te per fidem donum iustificationis tunc deum accipere, quem & per terrefactus ac concussum in penitentia, rursus erigeris per fidem, credas tibi remissa esse peccata propter meritum Christi, qui in se creditibus remissionem peccatorum pollicitus est: & quem simul sentis te iam alio affectu quam prius rapi, hoc est eo affectu quo peccata que prius deletabant, iam ex animo odis, & ad faciendum bonum, carnis infirmitati fortiter repugnans, intus accederis, tametsi is affectus nodum sit in bono perfectus & absolutus. Hanc enim imperfectionem, quam viribus tuis supplere non potes, supplebis ex fide in Christum, credes iustitiam Christi (cuius membrum factus es) tuum imperfectum suppleturum, si tamen perpetuo pro viribus, quas tibi dominus suppeditauerit, coneris eam quam acceperisti gratiam promouere, & preteritorum oblitus, non respiciens iterum retro, in anteriori te extendere annitatis. Pulchre dixit beatus Augustinus: Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tam ex hoc definit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanitatem. Non enim natura humanae viribus, sed propositi argumento per Dei gratiam acquirimus sanitatem. Interim scimus quandam esse plenam & absolutam iustitiam, seu charitatem, quam in hac vita ne nemo assequitur, sed tantum in futura, quando videbimus faciem ad faciem, & cognoscemus sicut cogniti sumus, sed alia minor est huic vita cōpetens, qua ex fide vivimus & ambulamus. Haec etsi omnes motus terrena cupiditatis nondum omnino absorbeat atque consumat, cōfensem tamen prohibet ac extinguit, ac insuper facit, ut magis ac magis in bono proficerem pergamus: que etsi a perfectione iustitiae longe adhuc absit, ea tamen imperfectio iustificationem nostram non remoratur, nec accusacioni seu damnationi legis subiacet, saltem in iis qui sunt in Christo Iesu. Nam qui Christo (in quo lex quod accusaret, nihil inuenit) per fidem concorpores facti sunt legis imperium beneficio Christi euaserunt: adeo, ut si lex imperfectionem corur-

Quādo accipiatur iustificatio.  
Ioan. 6.

1. Cor. 1.

Philip. 3.

Augu. de diffini. or-  
thod. fide.  
cap. 49.

Augu. de spiritu &  
lite. c. 37.

2. Cor. 5.

Rom. 7.8.

1. Petri. 2.

## DE IUSTIFICATIONE.

Roma.7. accusare pergaſt, respondere poſſint: Quid nobis tecū eſt lex?  
Roma.14. Non tui, ſed alterius ſumus. Tu quæ eſt, quæ iudicas ſeruos a-  
Matt.20. lienos? dño noſtro ſtaムus aut cadiamus. huic ſic viſum eſt ex  
Ephe.5. gratuita mifericordia noſ indignos aſſumere, & quicquid in  
Pſal.5. nobis imperfectionis eſt condonare, quid ad te? Quid nobis  
1.Corin.1. alienum inuides beneficiū? Recepit noſ ille in membris ſua,  
ſcuto ſua bona voluntatis protexit noſ, ſua iuſtitia noſ in-  
duit. Quā obrem ſi noſ impetere pergaſt, eū tibi oppoſemus,  
Ioaп.14. cui per fidem inhaeſcimmoſ, in eo certe non habes quicquid  
Roma.8. nobis impreſcordia faſti ſumus. Nonne licet huic facere de nobis quod  
Matt.20. ipſi videtur? nō ignoramus noſ ſeductioni expoſitos, ad reſi-  
Roma.8. ſtendum fragiles, ad operādum debiles eſſe, ſed induſt Christum, non eſt cur timeamus? Quis accuſabit aduersus electos  
Dei? Deus qui iuſtificat. Qui eſt qui condēnet? Hęc quidē  
iuſtificatoſ in Christo, habere quæ legi oppoſat, Paulus Ro-  
ma.7.&.8. locupletiſſimus teſtis eſt, & Ioaп.ca.3. qui inquit:  
Qui credit in filium Dei, nō iudicatur: qui autem nō credit,  
iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vniigeniti filij  
Dei. Hęc ruminans Auguſtinus lib. Meditationum cap.14.  
Aug. lib. ſic Deum alloquitur: Desperare vriq; potuſſem propter ni-  
Meata. mia peccata mea & infinitas negligentias meas, niſi verbum  
cap.14. tuū Deus caro fieret, & habitaret in nobis. Sed desperare iam  
Ioaп.1. non audeo, quia cùm inimici eſſemus, recociliati ſumus per  
Roma.8. mortem filij tui: quanto magis reconciliati, falui erimus per  
C. ritudo eum: omnis nanque ſpes & totius fiduciae certitudo, mihi eſt  
fiducie. in precioſo ſanguine eius, qui effuſus eſt propter noſ & pro-  
Philip.3. pter noſtram ſalutem, in ipſo respiro, & in ipſo confiſus, ad te  
Lib. Medi- peruenire defidero, nō habens meam iuſtitiam, ſed eam quæ  
ta. cap.5. eſt ex filio tuo dño noſtro Iefu Christo. Et capite ſequenti:  
Hebr.2. ſupereminet omnem ſciētiam tuam inaestimabilis charitas,  
Ibidem. quam oſtendisti nobis indignis pro ſola bonitate & pietate  
Omni no- tua, filius nāq; tuus Deus noſtro nō angelos, ſed ſemen Abr-  
ſtra fidu- he apprehēdit, aſſimilatus nobis per omnia abſque peccato,  
cia ac tota & poſt pauca: Hęc nempe mihi tota eſt ſpes omniſque fidu-  
ſpes. cia: Eſt enim in ipſo Iefu Christo dño noſtro, vniuſcuiusque  
Ephe.2.5. noſtrū portio, caro & ſanguis. Vbi ergo pōrtio mea regnat,  
Imperfe- ibi me regnare credo: vbi caro mea glorificatur, ibi glorio-  
cilio noſtra ſum me eſſe cognosco: vbi ſanguis meus dominatur, ibi do-  
minari me ſentio, quanuis peccator ſum, de hac cōmunione  
gratiae

gratiæ non diffido. & si peccata mea me prohibent, substantia mea requirit: & si delicta mea me excludunt, naturæ communio non repellit. Et statim post: Mitis & valde benignus est dominus Deus noster, & diligit carnem suā membra sua, & viscera sua in ipso Deo, & domino nostro Iesu Christo dulcissimo, benignissimo & clemetissimo, in quo resurreximus, & iam celos ascendimus, & iam in cœlestibus consideremus. Caro nostra nos diligit, habemus etiā sanguinis nostri prærogativum in ipso. Sumus enim membra eius, & caro eius: ipsis deniq; est caput nostrum, ex quo torum corpus, sicut scriptum est: Os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & nemo unquam carnem suam odio habuit, sed fouet ac diligit eam. Mysterium hoc magnum est, ego autem, inquit, dico in Christo & ecclesia. Gratias itaque tibi domine Deus noster ago pro omnibus miserationibus tuis, quibus miserabiliter nobis perditis subuenire dignatus es per eundem filium tuum salvatorem & recuperatorem nostrum, qui mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostrā: & nūc viuens sine fine, sedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis. Haec tenus ille.

**N**on habes ergo quod dicas, nos Euāgelium cum lege confundere, vel Euāgelium in legem trāsformare, vel causam iustificationis in nostram dignitatem transferre, vel iubere vt perpetuo de iustificatione & acceptatione nostra dubitemus. Nā omnia contraria docemus, fatemur enim verē pénitentibus remittantur peccata, sed & quod ipsimet homini credēti remissa sint, propter Christū per fidem. Nam qui dubitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunferatur. Non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid à Deo. Recte dixit Hilarius, Deum velle, vt sine aliquo qua incerta voluntatis ambiguitate speremus, quod alioqui iustificatio ex fide nulla sit, si ipsa fides sit ambigua. Augustinus verō cogitationē nos ab hac certitudine auocantem, abigendam docet. Murmuret, inquit, quantum voluerit insipientis cogitatio mea, dices: Quis enim es tu, & quāta est gloria illa, quibusnam meritis illam obtinere speras? Ego fiducialiter respondeo: Scio cui credidi, quia in charitate nimia adoptauit me in filium, quia verax est in promissione, potens

gratiæ iustificationem non excludit.

Ibidem.

Ephe. 5.

Deus dili-

git nos in Christo filio suo.

Ephe. 2.

eph. 3.4.5

Gene. 2.

Ephe. 5.

Roma. 4.

1. Ioan. 2.

Reſpōde-

tur aduer-

sariis.

Ad iustifi-

cationē re-

quiritur,

vt singuli

credant si-

biremissa

per Chri-

stum per

Iac. 1.

Hilari⁹ in

Matth. ca-

none. 5.

Angu. in

manua. ca-

22. & 23.

2. Cor. 1.

Roma. 8.

Roma. 3.

Titum. 1.

Matt. 20.

Mors Christi  
si nostra spes.  
Meritum non stru in miseratione domini co-  
siderat. Bernar. de annun. do-  
mini. ser. 1 Gradus dei iusti-  
ficationis. Testimo-  
niu Spiritu sancti, Roma. 3.  
Falsum o-  
mnii homi-  
ni credentem-  
peccata propter Christum.  
peccata statim re-  
mitti. Verum me-  
di 4. mo-  
dis orandi.  
Matt. 9.

DE IUSTIFICATIONE:  
in exhibitione, & licet ei facere quod vult: non possum terreti multitudine peccatorum, si mors domini in mentem meam venierit. Tota spes mea est in morte domini mei. Mors eius, meritum meum est, refugium meum, salus, vita & resurrectio mea. Meritum meum, miseratione domini. Non sum meriti inops, quandiu ille miserationum dominus non defuerit. Et si misericordia domini multa, multus ego in meritis. Quanto ille potentior est ad saluandum, tanto ego securior. Haec tenus ille, Denique Bernardus apertissime pronuntiat, non sufficeret. Tum ut credas, te remissionem peccatorum habere non posse, nisi per indulgentiam Dei: præterea quod nihil habere queas affectus vel operis boni, nisi & hoc dederit ipse: Ad hec, quod vitæ æternam nullis possis operibus promereri, nisi gratis detur & illa. Sed præter hæc, inquit, quæ magis initium quoddam & fundamētum fidei habenda sunt, etiam hoc addendum est, ut quod perhibet cor-  
-  
ritus sanctus, dicens: Dimissa sunt tibi peccata tua. Et sic arbitratur Apostolus, gratis iustificari hominem per fidem. Sed hic diligenter animaduertendum est, longe aliud esse dicere, omni homini quicunque credit sibi remissa esse pecata per Christum, illi statim peccata remitti: quam si dicas, Nemini remitti peccata, nisi remissionem se credas assequentem per Christum: nam hoc verum est, illud falsum. Plures enim ex haereticis inuenias qui sic credunt, & tamen remissionem peccatorum non assequuntur, quod extra ecclesiam sint, & spiritu charitatis vacent. Vtrunque ergo requiritur ad iustificationem, nempe ut & credas tibi remissa esse peccata per Christum, & ut te spiritu charitatis renouatus merte, & iam ad opus boni effectum esse per fidem intelligas. Ut alios omittamus, non videtur nobis hic contemnendus Bernardus, in re iustificationis haud leuis author vel aduersarii testibus, vir certe doctrina prædictus infusa magis diuinitus, quam humanitus parta, Is alibi querit, unde aut quomodo nosse possumus nos indulgentiam a Deo consecutos esse? quod homini quantumvis spirituali etiam vique ad primū spiritualis exercitij gradum prouecto, tantum deprimi gradus imperfectione relinquitur, vt vix sibi primum videatur adeptus. At ille respondebat, nobis non leuiter transmittendum esse quod in Euanglio legimus Iesum paralyticō dixisse: Confide fili, remittuntur tibi

tibi peccata tua: vtque Pharisæis non credentibus, sed magis subfanantibus, hanc fiduciam tantum esse momenti cōmonistra ret, signo visibili inuisibilem probasse potestatem. Vt sciatis (inquit) quia potestate habet filius hominis in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuū & ambula. Et tu ergo (vt subiicit ille) si iam furgis desiderio superiorum, si grabatum tollis, corpus videlicet à terrenis sublevans cupiditatibus, vt iam non feratur animus concupiscētiis eius, sed magis ipsa (vt est dignū) regat illud, & ferat quod nō vult: si demum ambulas, qua retro sunt obliuiscens, & ad ea que ante te sunt, te extendens desiderio & proposito proficiendi, curatum te esse non dubites. Et post pauca: Propter ea fiducialiter iam postulare potest qui ciuscemodi est, nimirum quod se iam reconciliatum & filium esse intelligat (modò tamen caueat, ne fortè postulet non postulanda, aut quæ postulada erat, rite postulare negligat:) alioqui absq; fiducia frustra Deum inuocaueris aut postulaueris, quod nemo orete petat, nisi quod credit & iperat. In corde, cui haec fidei fortitudo deest, nō nascitur Christus, qui nō nisi per haec fidem habitat in cordibus nec is dicere potest cum David, paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & psalmum dicam. Non est enim paratum cor, quod non est confirmatum. Am si huic homini sic affectio occurrat, quod apostoli, domini noī cōcionant, quam difficile diues in regnū cœlorū ingredi deretur, rogates obiecierūt: nempe, Quis poterit saluus esse? respōdebit tum haec, fiducia: Apud homines quidē impossibile est, sed nō apud Deum, in cuius promissione & misericordia tota nostra fiducia atque unica cōsolatio nostra, & tota ratio spei nostræ consitit: atq; ideo ex fide iustificatio, vt secundū gratiā firma sit promissio. Rursus si occurrat, Quis scit si a more vel odio dignus sit: item, Quis nouit sensum dñi, aut quis consiliarius eius fuit: hic iam nō oportebit in opera nostra respicere: nā haec statim nos faciat dubitare, sed planè fidei nobis subuenire necesse est, atq; adeō hic oportet succurrere veritatē, vt quod de nobis latet in corde patris, id ipsum nobis per ipsius spiritum reueletur, & spiritus eius testificās in spiritu nostro, persuadeat quod filij Dei sumus: persuadeat sermo de autem vocando, & iustificando gratis per fidem. Cum ergo dedicas suggerit mihi infirmitas mea, quinam sciam me in numero si clesiæ. lorum esse: tūc maximè memorē esse me oportet verbi pro-

S iiiij

Philip. 3.  
Bernard.  
Ibidem.

Iacob. 4.  
Berna. bo  
mi l. su  
per eu. ag.  
Missus est

Id est.  
in vigi. na  
tinuit.  
Psal. 107.

Matt. 10.

In promis

sione et mi

sericordia.

Deitora

nostra fidu

cia cōsiftit.

Roma. 4.

Eccle. 9.

Roma. 11

Bernar. in

sermo de

clesiæ.

Rom. 4.8.

# DE IUSTIFICATIONE.

*Psal. 118.*

*Ioan. 8.*

*Berna. de*

*anni dom.*

*serm. 3.*

missionis, in quo mihi domine spem dedit: tunc mihi in verba tua Christe respiciendū est, quibus mulieri adultere, nēdum damnatæ, dixisti: Nec ego te cōdemnabo mulier: vade, & iam amplius noli peccare. O vocem misericordiaæ, ò auditum lætitiae salutaris: Auditam (inquit Psaltes) fac mihi manu misericordiam tuam, quia in te speravi domine. Sola nimis spes apud te miserationis obtinet locū, nec oleum misericordiaæ, nisi in vase fiduciaæ reponis: sed mihi interim videndum ne hæc fiducia sit affectui ad peccandum proclivī coniuncta. Hanc vero fiduciam passio tua, ò Christe, mihi subministrat, ultimum quidem refugium, & singulare remedium: deficiet enim sapientia, iustitia non sufficiente, sanctitatis succumbētibus meritis, illa succurrit. Quod si rursus in animum meū occurrens, scio quidem passionē hanc potentissimā esse: sed quid dum dubi sciam, an data & applicata sit mihi? Hic respondebit fides, Mītatio, que hi data est, quia alteri dari nō potuit. Nam Christus meus in nos de applicatione similitudinē hominū factus habitu inuentus est ut homo, obediens patri usque ad mortem, ut me mortis filium redime passonis ret ac patri reconciliaret. Rursus si surrepat in animū. Quo Christi nam pacto possim statuere Deum mihi esse propitiū, qui tam ambigere rū imperfectionis & infirmitatis adhuc in me cernā ac repetitum profectō neq; indignitatē fidei, neque operū meō. Philip. 2. rum, ut me certum faciam, rectè respexero. Quis enim de sua Cor. 3. sapientia vel iustitia vel sanctitate præsumat sufficientiā ad salutē, quod nec sufficiētis simus cogitare aliquid à nobis tanquā ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est. Sed in passionem tuam, ò Christe oculos mētis desigā, & cum defecerit virtus mea, non cōturbabor, nō diffidā, scio enim quid faciā, P̄sal. 115. Calicem salutaris accipiā: quia si sanguis tuus interpellat pro me saluus ero. Denique si verbum tanti Apostoli (qui ausus est dicere, an experimentū queritis eius qui in me loquitur 2. Cor. 13. 1. Cor. 4. Christus) me terreat, cum ait: Nihil mihi cōscius sum, sed nō in hoc iustificatus sum: tū vicissim eiūsdē Apostoli verbū me consolabitur, nam et si eo ipso quod mihi nihil sim concius, iustificatus non sim, hinc tamē me iustificatum recte iudico, si spiritum innouātem accepero, qui ex Deo proficiscitur, ut sciamus quā à Deo donata sunt nobis. Quis enī scit hominū quā sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quā Dei sunt, nemo cognovit, nisi spiritus Dei: nobis autem reuelauit per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam

*Psal. 115.*

*2. Cor. 13.*

